

fuit; & vers. Et hac est regula, tit. 7. lib. 5. Ordinament. Mantie. d. lib. 4. tit. 20. n. 61. Scaccia d. ampliat. 10. à num. 7. Quod consequetur læsus actione ex eodem contractu: nam etsi nullus ipso jure sicut tamen consensu eius, ob cuius favorem annullatur, potest validus fieri: Ant. Gom. dict. capit. 2. numer. 21. in fin. Surd. decis. 108. Cancer. part. 1. capit. 13. ex numer. 86. D. Joseph. Vela dissert. 14. numer. 34. & 37. Hermos. in dict. l. 57. gloss. 1. n. 14. Menoch. cons. 20. n. 54. Jaf. in l. transactione finita, n. 3. C. de transactionib. Nullitasque opponi non potest ab eo, in cuius odium actus annullatur, Barbosa in collectan. ad l. transactione finita, n. 4. Menoch. cons. 792. numer. 9. Matheslan. notab. 156. Cyriac. tom. 1. controvers. 181. n. 68. Magon. Florent. decis. 137. n. 5. Vant. de nullitat. tit. quot. & quib. mod. n. 124. Quod limitatur, quando lex contractui resistit, tunc enim ille corrumpitur: quamvis læsus valere desideret, Mantie. supra, lib. 1. tit. 9. numer. 27. Hermos. in d. l. 57. gloss. 1. n. 17. Caroc. d. tit. advers. quest. det. act. deposit. n. 14. Tiraq. de legib. connubial. gloss. 8. à n. 91. Azeved. in l. 2. n. 5. tit. 11. lib. 5. Recop. Idem etiam de jure naturæ tenent Cardin. Lug. cum aliis, n. 77. Molin. disp. 352. n. 4. Sed Sanch. sup. n. 3. resolvit, non teneri dolum in foro conscientiæ ad standum contractui, ante judicis sententiam: quia pena est quem sequuntur Bonacin. n. 5. vers. Sed mihi, Dicastill. n. 85. & alii.

67 At cum læsus electionem habet, potest qui læsit agere, ut suam manifestet voluntatem, nam scilicet velit stare contractui, vel ab eo resilire? Hermos. ubi proxime, n. 16. Azeved. supra, Caroci. n. 13. Bart. in l. Julianus, §. Si quis colludente, ff. de act. empt. Bald. in l. dolum, C. de peric. & comm. rei vend. Padill. in d. l. transactione, vers. claudicat igitur. Guttier. d. q. 9. n. 10.

68 Sed si dolus, qui in venditione intervenerit, fuerit incidens, ipse læsus non habet electionem, sed agere debet ad pretii supplementum si venderit, vel ad restitutionem excessus, si emerit; ad quod deceptor præcisè tenebitur, cui optio etiam hoc casu propter fraudem suam denegatur ad rem restituendam, vel recuperandam: ut tenent Mexia, Plaça, Farinac. Matienç. ubi proxime, Hermos. in d. l. 56. gloss. 7. n. 18. Angel. in summ. verbo, Dolus, §. Sylvest. verbo, culpa, §. 7. Molin. n. 12.

Ibi: Verum si quis sciens iustum valorem.

69 Qui sciens iustum rei pretium, utilius ab ignorante illud emit, dolo videtur agere atque ideo vel in foro exteriori constringitur ad resarciendam læsionem, etiam infra dimidiam, ut docent cum D. Covarr. Hermos. in d. l. 56. gloss. 9. numer. 17. Mexia in pragmatic. tax. pan. conclus. 1. n. 159. & ad leg. Tolet. d. n. 61. vers. Sed in foro exteriori, Matienç. in d. l. 1. gloss. 1. n. 13. ubi alii: qui tamen dubitat ita in praxi obtineri posse. Et contrarium expressim docet Glos. fin. in l. item si pretio 25. S. ult. ff. locat. Quod videtur rationi consonum, neque enim tribuendum est dolo, ut quisque vilius emere contendat, modò nullum mendacium, fraudemve adhibeat, sibi que venditor imputer, quod ignarus rei suæ valoris ad vendendum accessit Locus verò D. August. ad forum animæ referendus est, quo iustum pretium omnino solvi debet, & ita tenent cum Communi: Molina disp. 352. numer. 13.

Vers. Superest casus.

70 Tutâ conscientia carius venditur, aut emitur

vilius justo pretio, quando alter contrahens valorem rei non ignorat; quia scienti, & consentienti nulla fit iniuria; Mantie. d. lib. 4. tit. 20. n. 49. Farinac. in fragment. d. verbo, deceptio, nu. 48. Menoch. contrav. usifrequent. lib. 3. cap. 48. n. 2. vers. Ergo, Pantal. Cremenf. in d. l. 2. nu. 159. vers. Dices, Abbas in c. 1. n. 3. de empr. Afflic. in c. 1. n. 95. de feud. dat. in vim. leg. commissor. Tiraq. de legib. connub. l. 6. n. 13. in fin. Boer. decis. 142. n. 2. Burg. & Paz in c. cum dilecti, num. 18. de empr. Rip. in l. si unquam, n. 18. C. de revocand. donat. Casp. de simulat. contratt. n. 24.

Contrarium autem verius ac receptius est, scilicet peccare, & ad restitutionem teneri, qui scienter ultra iustum pretium quicumque vendit, vel emit, etiam à sciente valore rei. Ita Salon. 2. 2. quest. 67. art. 1. controvers. 18. n. 1. vers. 1. Medina de restit. tom. 2. tit. de reb. restituent. q. 22. vers. E contra, & quest. 32. vers. Quoniam, & quest. 6. vers. Tertia propositio: Herm. in d. l. 56. gloss. 9. n. 34. Scaccia d. ampliat. 10. n. 53. vers. Contra banc, Felician. de censib. lib. 2. c. 1. 8. cum seqq. Farinac. supra, n. 46. Matienç. in d. l. 1. gloss. 1. n. 10. August. Barbof. in collectan. ad d. l. 2. n. 119. Navarr. in cap. qualitas, n. 31. 42. de penit. dist. 5. & in c. novit. notab. 6. n. 66. de judic. Placa in epitom. delictor. cap. 36. nu. 18. Megia in d. pragmat. conclus. 1. n. 156. Guttier. practicar. lib. 2. 181. n. 11. vers. Quò sit. Cardin. Lug. disp. 26. n. 81. vers. Argument. tertio, Dicastill. disp. 2. dum. 9. n. 132. Molin. disp. 351. n. 4. & communiter Theologi, atque sic tenendum est, nisi constet, voluisse læsum donare ex mera liberalitate id, in quo damnificatus est; quod ex circumstantiis colligi, poterit, Molin. ubi proxime, Bonacin. sup. quest. 2. punct. 4. n. 23.

Ibi: Unde in foro etiam exteriori.

Qui ob læsionem ultra dimidiam convenitur, si pretium supplere eligit, præstare debet omne illud, quod deest usque ad iustum pretium, nec liberabitur solvens excessum ultra dimidiam, veluti si emisset rem valentem viginti quinque pro duodecim, restituere debet non unum duntaxat, qui est excessus ultrâ dimidiam, sed terdecim, quæ ad iustum pretium defunt, Hermos. in d. l. 56. gloss. 7. n. 24. Capella Tholofan. decis. 64. Cyn. in d. l. 2. quest. 8. Bald. ibi, n. 7. quest. 12. Castrenf. n. 2. Ant. Gom. dict. ca. 2. n. 22. vers. Et adde quod non sufficit, in quo omnes conveniunt, Per. Gregor. syntagmat. lib. 25. c. 24. n. 13. quod intellige juxta tradita sup. cap. proxim. n. 20.

Vers. Sexid, in tutelam, & defensionem.

Argumentum ab absurdo vitando, quo in præfenti utitur D. Covarr. validum est in jure: l. nam absurdum 7. ff. de bon. liberto. Everard. in cent. legal. loco, ab absurdo 8. Menoch. cons. 1185. n. 22. Mantua, observat. 45. Peregrin. de fideicommiss. art. 11. n. 45. Mantie. de conjectur. ultimar. volunt. lib. 3. tit. 7. à princip. & de tacit. & ambig. convent. lib. 2. tit. 13. per totum.

Ibi: Deinde etiam sequeretur.

Quando venditio modico pretio facta possit nati- vitate filiorum ex l. si unquam. C. de revocand. donat. revocari, docent Boer. decis. 143. n. 2. Mangil. de imputat. quest. 108. n. 1. 9. cum aliis, Matienç. in d. l. 2.

l. 12. gloss. 1. n. 1. tit. 6. lib. 5. Recopilat. Angul. in d. l. 12. gloss. 1. n. 15. Osuald. ad Doull. lib. 14. cap. 32. lit. E. Ignat. del Villar. in synbva respons. resp. 8. n. 56. lib. 1. Jul. Clar. recept. sentent. lib. 4. §. Donat. o. quest. 25. n. 5. Trentacinq. variat. lib. 3. ait de donat. resolut. 4. n. 6. cum seqq.

Ibi, Præterea, & tertio si hic donationem.

Venditionem vili pretio per patrem factam in præju- tium liberorum, posse ab eisdem revocari, nisi tempore mortis supersint bona ex quibus integra legitima deduci possit, computatio etiam quod in alienatione remittit, sentiunt Merlin. de Legitim. lib. 2. tit. 1. quest. 18. numer. 10. Peregrin. de fidei. commiss. art. 36. numer. 37. Cyn. in l. 1. in 7. quest. C. de inoffic. donat. Bald. ibi, nu. 16. Ripa in l. si unquam, q. 9. C. de revoc. donat. Bart. in l. 2. ff. si à parent. q. furemanumif. Marta de success. legal. part. 1. quest. 25. art. 7. à n. 18. Quo casu filius agere non valet ad pretii supplementum, sed ad rescissionem contractus, oblato prius quod pater accepit, Mangil. de imputat. quest. 108. in fine, Merlin. supra, n. 19. Sed quia res hæc dubia est valde, & DD. cum limitatione loquuntur, consulere oportebit Menchacam controvers. illustr. lib. 1. cap. 37. ex n. 2. Costa in cap. si pater part. 8. verbo, privare non possit, n. 23. cum aliis, de testament. in 6. Peguer. decis. 271. n. 15. vers. Si verò alienatio, Cervantes in l. 6. Taur. nu. 36. Cancer. part. 1. cap. de donat. n. 86. Mangil. de imputat. q. 93. n. 16. 17. 18. 36. 38. & d. q. 108. n. 8. cum seqq.

Ibi: Nam ad primum constat.

Ad hæc argumenta, ubi proposita sunt, respondimus. Vide supra, numer. 37. cum seqq.

Ad Num. 13.

76 Quod venditor læsus ultra dimidiam, re perempta que vendita fuit, apud emptorem, nulla eisdem culpa interveniente, possit agere ad pretii supplementum, ultra laudatos, hic à D. Covarr. defendunt Mexia in dict. pragmat. conclus. 1. n. 158. ad fin. Gozad. cons. 44. col. 2. Jaf. in l. ubi autem S. Qui illud col. 2. ff. de verb. oblig. Beroi. in cap. cum dilecti, n. 75. 79. de empr. Cui sententiæ se subscribunt, si res post litem contestatam super rescissione contractus perierit, Hermos. in dict. l. 56. gloss. 10. numer. 10. Matienç. in l. 1. gloss. 8. nu. 32. tit. 11. lib. 5. Recop. Guttier. practicar. lib. 2. quest. 137. in fin. Ceval. 443. num. 3. Barbof. ubi proxime, nu. 148. Brito in rubric. de locato part. 2. §. 2. nu. 31. Etsi contrarium teneatur Garcia de expens. c. 18. n. 43. Qui, non obstantes litis contestatione, emptorem liberari putat.

Ratio primæ, præcipue assertionis est, quoniam, ut eam ementes existimant, ex dict. l. 2. tam res ipsa, quam pretii supplementum sunt alternativè in obligatione; quare licet obligatio extinguatur quoad rei restitutionem, eadem perempta, permanet quoad supplementum pretii, ad quod præcisè compelli potest, ut in aliis alternativis obligationibus, in quibus Rei electio est; l. Sticæum 95. §. 1. ff. de solut. Sed verius est, solum rem ex ea constitutione esse in obligatione, pretii verò supplementum in electione emptoris; ut sentiunt quam plurimi statim referendi, & late disputat Pinell. in d. l. 2. part. 3. cap. 3. à principio.

Secunda verò propositio, de re perempta post litem contestatam, ea nititur ratione; nam Furia addit. ad Covarr. Tom. I.

cum post moram ejus, qui læsit, res perest, perinde convenitur, ac si existeret, l. quod te mihi 5. ff. si cert. petat. l. si ex legati causa 23. l. cum filium 49. ff. de verb. oblig. Mora autem per judicialem interpellationem committi, nemo ambigit, Pichard. in tract. de mora, numer. 45. Ex quo videtur posse probari sententiam Joannis Garcia nuper traditam contra Communiem, quando qui læsit iustam causam habet litigandi, tunc enim minimè in mora constituitur cum culpa vacet; Tiraquel. de retract. lignag. §. 4. gloss. 2. Pichard. nu. 33. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 220. nu. 50. atque ita re extincta, judicio pendente, deceptor liberabitur, qui moram non incurrit litigando.

Ad Num. 14.

Ibi: Contrarium expressim probat.

Contra præcipuum conclusionem proximè posita scilicet, re extincta apud emptorem absque ipsius culpa; non esse audiendum venditorem ultra dimidiam læsum, si pretii supplementum postulet, docent Ant. Gom. dict. capit. 2. n. 22. vers. Item adde, quod si prædict. res, Greg. Lop. in dict. l. 56. gloss. 10. Hermos. ibidem, numer. 1. 2. Parlad. differrent. 5. nu. 4. Cevallos sup. nu. 2. Guttier. dict. lib. 2. quest. 136. Ezechin. d. lib. 2. controvers. cap. 18. in fin. Brit. sup. ex n. 29. Trentacinq. lib. 3. variat. tit. de solut. resol. 11. nu. 13. vers. Quarto non procedit, Barbof. sup. nu. 140. Mozz. de contract. tract. de empr. tit. quib. casib. annulletur, emptio, Rebell. de obligat. in fin. part. 2. lib. quest. 3. secta, n. 10. Pinell. in dict. l. 2. cap. 1. numer. 36. 37. Padill. nu. 37. in fin. Matienç. sup. num. 26. Azeved. in l. 1. nu. 26. tit. 11. lib. 5. Recop. Molin. dict. disp. 349. nu. 6. Dicastill. numer. 313. Perr. Greg. dict. lib. 24. cap. 24. nu. 18. Idem juris erit, si res similiter sine culpa emptoris fuerit penes venditorem extincta; nam iste quamvis læsus ultra dimidiam, agere ad pretii supplementum prohibetur Barbof. numer. 143. Matienç. dict. numer. 32. Pinell. dict. capit. 1. in fin. Hermos. nu. 5. Fundamentum potissimum hujus veræ opinionis est, nam ut ex dict. l. 2. constat, & præfati DD. præmittunt, cum solum res vendita sit in obligatione, pretii autè supplementum in electione ipsius, qui læsisse dicitur, cui favorabiliter concesserunt Cæsares, ut si voluerit, possit quod emit, justo pretio soluto, retinere, inde provenit, ut re perempta omnino liberetur à restitutione rei quia debitor speciè, perempta specie, liberatur; d. l. si ex legati causa, cum similibus, multo magis à pretii supplemento, quia ad id obligatus non est, nisi cum retinere rem elegerit, quod, ea extincta, locum nequit habere, de quo Pinell. d. cap. 3. à principio.

Ibi: Secunda, re perempta absque emptoris culpa.

Re absque deceptoris culpa perempta apud tertium possessorem qui iustum pretium numeravit, adhuc Jesus agere poterit contra primum emptorem ad pretii supplementum, qui solum tenebitur præstare, quod ultra datum à se, accepit à Tertio usque ad iustam valorè rei, & non amplius, unde si rem valentem viginti novem emit, ac postea vendidit alteri triginta tantum, viginti restituere læso compellitur, Barb. n. 146. Pinell. d. c. 1. n. 38. Matienç. n. 31. Hermos. n. 8. Alberic. in dict. l. 2. n. 11. Fulgos. ibi, n. 7. ad finem, Guttier. d. quest. 136. in fine. De quo sup. cap. proxim. n. 87. ubi alios refero, ratione red- dita. S 3 Ibi:



Ibi: Ex quibus tertia deducitur.

- 79 Si res casu pereat apud emptorem, cum ipse ultra dimidiam læsus fuerit; ad restitutionem excessus peccandam admitti posse sentiunt cum D. Covar. Panor. mitan. in dicit. ca. cum dilecti, ad finem, de empt. Phantal. Cremon. in dicit. l. 2. ampliat. 25. præp. finem: Menchaca controvers. usufrequenti. lib. 3. cap. 62. numer. 13. Garcia dicit. cap. 18. numer. 43. in fine. Sed nullam actionem emptori læso superesse, adversus D. Covar. tenent Hermof. n. 4. Barbof. nu. 141. Anton. Gom. dicit. n. 22. vers. Si vers. Si vero emptor, apud quem Bart. Bald. Castrenf. Cyn. & Odofred. Pinel. supra, num. 39. Villalobos in arar. commun. opinion. tit. C. n. 28. Matienç. dicit. glos. 8. n. 33. vers. Sed jure, Azeved. ubi proxime, Gut. tierr. dicit. quest. 137. Morla in empor. p. 1. tit. 9. in proem. n. 45. Favet expressim l. 56. tit. 5. p. 5. Idem, quod dicitur de re extincta, deciditur, si valde fuerit deteriorata, quamvis prior opinio æquior ab omnibus judicetur, posterior magis juri videtur consonare; nam cum d. l. 2. læsis ultra dimidiam ex humanitate præster auxilium, concessa lædentibus electione, ubi ob rei interitum optio dari non potest, non erit admittendus, qui ad pretii supplementum præcisè agit, contra formam legis, & mentem, quæ nullo casu voluit, ut deceptor pretium supplere cogatur, sed hoc ipsius electioni reliquit, ut nuper dicebamus. Hæc autem sententia tunc proculdubio procedet, cum culpa, vel factio emptoris læsi, rei extinctio contigerit. De quibus sup. cap. proxim. num. 88. ubi opinionum conciliatio.
- 80 Quotiescunque igitur culpa deceptoris intervenit in rei interitu, læsus, sive sit venditor, vel emptor, agit præcisè ad supplementum, aut restitutionem excessus, Barbof. n. 245. Tiraq. de retract. lignag. ad fin. tit. 1. n. 61. 71. Hermof. n. 7. Pinel. d. part. 2. cap. 3. n. 34.
- 81 Utrum autem aliud remedium læsis superfit, ubi ab hoc ex aliqua causa excluduntur; Videndum est apud Hermof. in doct. l. 56. glos. 11. n. 130. & posse læsum adire judicem Ecclesiasticum per denunciationem Evangelicam, ut alterum contrahentem ad restitutionem compellat, docent Card. Lug. d. sp. ut. 22. n. 96. Molin. disp. 352. n. 4. ubi improbat Navarr. asserentem hoc à Principibus sæcularibus: Ecclesiasticis judicibus prohiberi, tamen nunquam læsos ad hoc auxilium recurre vidimus.

AD CAPUT V.

Utrum Venalia sub legato omnium bonorum contineantur? Ad interpretationem leg. Generali: S. uxori, ff. de usufruct. legato.

SUMMARIUM.

- 1 De materia scribentes referuntur.
- 2 Legato omnium bonorum, vel usufructus eorum merces comprehenduntur.
- 3 Idem est de pecunia.
- 4 Præfata procedunt in donatione, & aliis.
- 5 Legatum certi generis bonorum venalia non continent.
- 6 An in generali obligatione veniant merces? & numer. 7. 8.
- 7 Quid de pecunia.

- 10 Obligatis bonis que in certo loco sunt, venalianon continentur. Contra, n. 12.
- 12 Quoad pecuniam distinguitur.
- 13 Ubi debitor quid veniale excepit, venalia cetera manent obligata.
- 14 Mercibus obligatis distractis, non datur actio in tertium possessorem.
- 15 Sub obligatione mercium futura veniunt.
- 16 Item pecunia redacta ex illis.
- 17 Merces emptæ ab hærede mercatoris, non subrogantur loco earum, quæ sunt distractæ, quoad hypothecam.
- 18 Limitatur conclusio tradita n. 14. usque ad num. 20.
- 21 Differentia inter legatum, & obligationem bonorum.
- 22 Utrum merces in prædium illaræ sint obligata locatori, & num. 23.
- 24 Legato omnium rerum, que in tali domo sunt, venalia non cedunt. Limitatur n. 28. & 29.
- 25 De intellectu l. pediculis 34. §. Item cum quareretur, ff. de aur. & arg. leg.
- 26 Si legentur bona indefinitè, an merces debeantur?
- 27 In dubio verborum menti standum est.
- 30 Fructus ex propriis agris percepti, etsi venales habeantur: inter venales merces non numerantur & n. 31.
- 32 Legans res existentes in aliquo loco, excepta aliqua venalia omnia venalia relinquere videtur.
- 33 Ob qualitatem personarum, verba ampliuntur ad venalia.
- 34 Exceptio bona est de contentis sub regula.
- 35 Regula ex exceptionibus solet ampliari. Declaratur numer. 49.
- 36 De intellectu l. nam quod liquidæ, §. fin. ff. de pen. legat. n. 37. 38.
- 39 Per exceptiones regula declaratur.
- 40 Favore hæredis in dubiis contra legatarios respondetur.
- 41 Exceptio firmat regulam in contrarium.
- 42 Exceptio firmat regulam in casibus excepto similibus.
- 43 Similes casus qui dicantur.
- 44 In correctoris datur extensio. Limitatur n. 45.
- 46 Casus omissus relinquuntur in dispositione juris communis.
- 47 Casus omissus non dicitur, qui sub dispositione vel tacite continetur.
- 48 Dicitio taxativa non impedit extensionem, quæ de jure fieri debet.
- 50 Ex exceptione venius, cetera similia sub regula comprehendendi intelliguntur.
- 51 Inducta ad diminutionem possunt indirectè augmentum operari.
- 52 Contrariorum ea est natura, ut uno cognito, in alterius cognitionem perveniatur.
- 53 Regula, & exceptio, etsi inter se contraria, sub diversa ratione juri utraque convenire potest.
- 54 Ut exceptio sit congrua debet aliqua ratione sub regula contineri.
- 55 In ultimis dispositionibus sufficit conjecturata voluntas.
- 56 Non sufficit, ut congrua sit exceptio, quod solum juxta verborum corticem exceptum sub regula contineatur.
- 57 De significatione, ac vi particule, seu, usque ad finem.

DE iis, quæ caput istud complectitur, consultiendi sunt Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 137. Merlin. de pignori lib. 2. quest. 45. 46. Afflicis. decis. 196. Cardin. Mantie. de conjectur. ultimar. volunt. lib. 9. tit. 6. Azias Pinel. in rubric. part.

part. 1. n. 38. cum sequentibus. C. de bon. matern. Paulus de Montepico in l. Titia. §. Titia. n. 112. ff. legat. 2. Marefcot. variar. resolut. lib. 1. c. 24. Strach. de mercatura, tract. de contract. mercator tit. mandati, §. ult. Negulant de pignori memb. 2. part. 2. principali. à principio: Cevallos commun. contra commun. tom 1. quest. 444. Pur. decis. 297. Ludovic. Gom. in §. Item Serviana. Inst. de actionib. Molin. de just. tract. 1. d. part. 203.

Ad Num. 1.

2 Quoties omnia bona, sua aut usufructum eorum legat aliquis, etiam mercatura causa parata comprehendere censetur; nam cum dispositio ad universam defuncti substantiam referatur, merces quoque, quæ ad ipsam pertinent, continentur, Menoch. supra, nu. 4. Caroc. decis. 117. num. 1. vers. Sed bene, Stracha nu. 2. Montepico d. nu. 112. Negulant nu. 16. Pinel. nu. 38. in fine, Beronius, quest. 29. Ioan. Dilect. de art. testand. tit. legat. caus. 19. Afflicis supra, Maxime cum terminus universalis eam vim habeat, ut, eo appposito, veniant in dispositione; quæ alioqui non continerentur, ut inquit Bart. communiter receptus in l. generali, §. Vxor, ff. de usufruct. legat. latè Decian. cons. 44. n. 4. lib. 4. Menoch. con. 129. n. 8. & ita tenendum, quamvis præcipuam conclusionem impugnent Bald. Dec. & alii apud Pinel. ubi supra, Gomez in d. §. Item Serviana, n. 19. Bolannos in Curia, part. 2. lib. 1. c. 6. in fine.

3 Idem quod de mercibus, & pecunia dicendum est; Pinel. in l. 1. part. 2. nu. 45. C. de bon. matern. Menoch. dicit. lib. 44. præf. 138. ubi plures casus distinguit: & cons. 407. n. 16. in fine. Pecunia enim, quæ non prædii causa est reposita, sed ut eleriter expendatur, habetur; inter venalia computatur, æque ac merces à pari procedunt, Bald. in l. certi quest. 6. C. locat. Alexand. in addit. ad Bart. d. l. generali, §. Vxor, Montepic. dicit. n. 112. in fine, Pinell. ubi proxime, n. 47. vers. Quam equiparationem, Menoch. dicit. cons. 407. n. 11.

Huculque dicta procedunt, etiam si testator bonorum mobilium duntaxat meminerit, nam & merces & pecunia erunt legatario præstandæ, ut præfati DD. advertunt, veluti si quis dixerit: Omnia bona mea mobilia Caio relinquo.

4 Quæ omnia non solum in legatis, sed & in donatione, aliisque contractibus erunt observanda, Bald. in rubric. C. de verbor. significat. Alexand. in l. si constante, n. 27. vers. Sed responde. ff. solut. matrim. Inst. in §. Item Serviana, n. 49. Inst. de actionib. Pinel. in d. rubric. part. 1. nu. 45. Negulant. supra, nu. 15. In universitate namque bonorum merces venire, regulare est, Surd. decis. 283. n. 18. Quid de legato generali, in quo terminus universalis non est additus pauld inferius, cum D. Covar. ostendemus.

Vers. Secunda conclusio.

5 Legatum certi generis bonorum, veluti frumenti, vel servorum, etiam universaliter relictum, asserendo: Lego omne frumentum, vel omnes servos meos: non extenditur ad ea, quæ paterfamilias mercimonie gratia paraverat; quoniam non intelligitur de illis, quæ ut illicè distraheret, habebat, cogitasse; & cum limitata sit voluntas, strictius interpretatur, quam cum bonorum universitas relinquitur, sub qua venalia comprehendendi, nuper diximus. Ita probat l. pediculis 34. §. Item cum quareretur, ff. de aur. & argent. legat. Pinel. d. part. 1. rubric. n. 42. Menoch. de præf. 137. nu. 2. Pic. supra, Bart. in l. Divus, ff. de bon. damnat. Bald. in

rubric. C. de legat. Alexand. in d. l. si constante, nu. 24. vers. Præterea, Roman. in §. fin. ejusdem leg. n. 8. Pet. Pech. de testament. conjug. lib. 5. c. 13. nu. 1. Idem consequenter dicendum est, si quis habens pecuniam loco prædii reconditam, & aliam quantitatem ut statim distribuat, omnem suam pecuniam reliquerit; quoniam hæc non debebitur: secus si nulla alia testatori sit, quo casu ipsa præstabitur; ut planè colligitur ex traditis per Menoch. dicit. præf. 138. per totam.

Ad Num. 2.

In generali obligatione expressa, vel si certum genus bonorum obligetur, ut vinum, non venire merces, visum est Jacobo de Arena in d. §. Vxor, Roman. in d. leg. si constante, nu. 83. Bald. in d. l. certi juris, quest. 6. n. 12. vers. Quid de mercibus, C. locati, Socin. in l. qui Romæ. §. Callimachus, notat. 4. ff. de verbor. obligat. Alberic. de stat. quest. 718. Mantie. de tacit. & ambig. convent. lib. 1. tit. 4. n. 36. & aliis, quos referunt Caroc. d. decis. 117. n. 1. Gait. de credito, c. 4. q. 5. n. 118. Pinel. d. n. 45.

Hæc verò sententia communiter reprobat: & 7 contraria, est omnino certa, & amplectenda; quam tuerentur Merlin. d. quest. 45. n. 7. Gomez supra, n. 28. ubi Mynsinger. nu. 16. Stracha supra, num. 1. Negulant. de memb. 2. n. 14. Caroc. de n. 1. vers. Sed bene, Pinel. in d. rubric. n. 45. 46. Gail. observat. lib. 2. observat. 83. n. 5. Bertaz. de usufruct. instrument. claus. 12. glos. 2. nu. 4. vers. Præterea, Bolannos, d. tom. 2. lib. 2. c. 3. nu. 8. Gait. supra, n. 125. 126. 139. Put. de d. c. 297. nu. 1. Pacific. de Salviano, inspect. 3. c. 2. n. 181. & c. 5. nu. 89. Rota apud eundem d. c. 125. n. 3. & decis. 126. Molin. de just. tract. 2. disp. 528. nu. 6. Marefcot. d. c. 24. nu. 1. ubi testatur, Rotam dixisse, hæc opinionem magis communem, ac veram esse: cui accedunt & alii plures, quos congestit Merlin. ubi proxime nu. 9. vers. Et hæc secundam.

Quod similiter est ampliandum ad tacitam hypothecam, cui etiam venalia subjacent; Pinel. d. nu. 46. Stracha n. 4. Negulant. memb. 4. part. 2. n. 216. 217. Marefcot. lib. 2. c. 118. nu. 31. cum seqq. Merlin. d. quest. 46. nu. 1. Menoch. de adipsæcnd. posses. remed. 3. nu. 128. Pacific. d. c. 5. n. 83. Connan. commentar. jur. civil. lib. 4. cap. 16. n. 8. Zaf. in §. Item Serviana, num. 20. Inst. de actionib. ubi Gomez. nu. 23. Jaf. nu. 48. & ita est tenendum; quamvis, Ceval. d. quest. 444. in fine, contrarium verius, ac receptius dicat, atque ita in praxi servari.

Pecunia quælibet, sive expendibilis, sive recondita loco prædii, tam expressa, quam tacita generali hypotheca continetur. Ita de expressa docent. Merlin. latè dicit. lib. 2. quest. 48. Pacific. d. inspect. 3. c. 4. n. 324. Stracha supra n. 5. Mantie. de tacit. & ambig. convent. lib. 1. tit. 4. n. 9. Thesaur. question. forens. lib. 2. q. 16. n. 1. 2. Afflicis decis. 190. nu. 4. Negulant. de memb. 2. nu. 11. Bertaz supra Bald. in l. cum tabernam, §. ult. ubi etiam Bart. ff. de pignori. quò loci hoc expressim probatur. De tacita idem sustinent Negulant. de memb. 4. part. 2. nu. 166. Merlin. ubi proxime, nu. 14. qui bene probant: quamvis contradicant Alexand. Bart. in d. l. cum tabernam, §. ult. Pacific. d. inspect. cap. 5. nu. 112. cum seqq. Excipitur autem pecunia, cujus causa hypotheca contrahitur, quæ obligationi non est obnoxia; non enim verisimile est, contrahentem, qui recipit pecuniam mutuam ad sua expedienda negotia, velle ipsam obligationi subicere; quod à contrario sensu probat. d. §. ult. Sic Merlin. dicit. quest.